Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



243

dies una putat aliquis sic intellegendum. Melius mihi est in regno caelorum paruum habere
quam hic totum. hoc est in isto saeculo. Est quidem et ista intellegentia non mala. sed
nos dicamus. si possit fieri ut aliquis una die esse in regno caelorum. et postea preci
pitari et dicere et. Melius est dies una in atriis tuis. Nunc uero quod dicit
una est dies. hoc est quod dicit regna caelorum. Una dies non habet noctem et tenebras sed
semp lux est. quiergo una die in regna caelorum fuerit semp ibi est. Elegi abiectus esse
in domo dei mei. magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. hoc est quod etiam
saluator ait de iohannem. Amen amen dico uobis. quem inter natos mulierum
non est maior. a iohanne baptista. Deinde dixit. qui ipse est angelus. et deinde dixit.
qui autem minor est in regno caelorum maior est illo. sensus ibi iste est iohannis. et in omnes
homines maior est. et si uultis scire ipse angelus. iste autem qui in terra angelus est in
caelorum regno nouissimus est. hoc est angelis minor est. Qui autem minimus est in regno
caelorum. hoc est angelus maior est a isto. Qui inter uos omnib. maior est. hoc est ergo nunc
pphetia quod dicit. Elegi abiectus esse in domo dei mei. hoc est minimus esse. uoluit in regno cae
larum. quam in isto saeculo primus. Elegi abiectus esse in domo dei mei. quam habitare
in tabnaculis peccatorum. tabnacula non habent fundamentum. sed pertranseunt.
Tamen qui peccator est nunquam accolitur uel sedi habitat et possedit. quia misericordiam
et ueritatem diligit dns. Duo diligit dns. misericordiam et ueritatem. sicut tu misericors
es et. et omnes nos ad peccata uocare et. sicut tu ueritatem diligere et nemo spem habere et
paenitentiae. propter ea duo quaerit. ut ex altero alterum tempetur. si peccator es
audi misericordem dm. et noli disperare et age paenitentiam. si uero iustus es noli
neglegens esse. quia dns clemens est. quem dns. et iustus est. et ueritatem diligit.
Gratiam et gloriam dabit dns. Non dixit gloriam. et gratiam dabit. sed dixit. gratiam et glo
riam dabit dns. primum dona peccata et postea coronat. Non priuabit bonis eos
quiambulant in innocentia. melius hab et in hebraico in psalmo. In innocentia enim
non est pfectus uir tus. quem quis innocens est. nisi habuerit prudentiam non est pfectus
consummatus: uirtutis. ppter ea dicit. et iam in euangelio. Estote prudentes ut serpen
tes et simplices ut columbe. Dne uirtutum. Uide quid dicat. dne uirtutum. Ergo quando
peccata aliqua habemus in nobis dns quidem uirtutum est. non est dns nisi. quia dns non est pec
catorum: sed iustorum. Beatus uir qui spe ponit in te. Ille spe ponit in dno. qui conscii
entiam non habet peccatorum. qui oculos liberos ad caelum leuat. iste spe ponit
qui sit non offendit sed nm suum. cui est gloria in saecula saeculorum amen.

LXXXIII. In filiorum chore psalmus.

Psalmus qui in hoc titulo pnotatur. frequenter dixi. ubicumque titulus est filiorum
chore. nihil triste est. sed semp laetum. tristitia enim patris filiorum gaudio

Ydola